


Catalogus Praelectionum Publice Et Priuatim In Academia Fridericana ... Habendarum

**SS 1769 : Catalogvs Praelectionum Pvblice Et Privatim In Academia Fridericana
Per Aestatem A.O.R. MDCCLXVIII. Habendarvm**

Buetzovii: Typis Johann. Gotth. Fritzii, 1769

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1784952044>


Band (Zeitschrift) Freier  Zugang





T. 594. 11

~~M-1259(1)~~^{9.}



PRAELECTIONES THEOLOGORVM.

D. CHRISTIANUS ALBERTUS DOEDERLEIN, SS. Th. P. P. O. & Consist. Ducal. Consil. annuente Deo binis horis quotidie antemerid. THEOLOGIAM DOGMATICAM ita docebit, ut & simul THEOLOGIA POLEMICA ad praesentem imprimis statum ecclesiae accommodata, accurate tractetur. Horis pommeridianis consueta labores EXEGETICOS in libros sacros N. F. continuabit.

FRIDERICUS MAXIMILIANUS MAURITII, S.S. Theol. P. P. O. & Consist. Ducal. Consil. per hoc semestre b. c. D. 1) *Hermeneuticam S.* explicabit; 2) praxin eiusdem ostendet in *epistolis* aliquot *Pauli minoribus* interpretandis, ab *epistola ad Galatas* initium facturus; 3) *Historiam Sacram V. T.* enarrabit; 4) *Epitomen theologiae popularis* docebit, id est, eius quae exemplum esse possit, quo ambitu & qua methodo hominibus laicis, uti vocantur, tam rudioribus, quam politioribus summa religionis christianae tradi conueniat. In hac praelectione simul, ubicunque opus fuerit, cautiones homileticae & catecheticae interspergentur.

* 2

JURIS-

JVRISCONSVLTORVM.

ADOLPH. FRID. TRENDELENBURG, Dr. & Juris Antecessor scholas iuris ciuili priuati aperturus, per instans semestre aestiuum initia iuris romani docebit, hora XI *HEINECCIUM* in elementis eius ad ordinem institutionum ducem sequuturus. Pleniorem notitiam iuris, non tantum romani, sed mixti illius, quo hodie in foris vtimur, tradet ad *BOEHMERI* introductionem in ius digestorum commentaturus horis X & II, quibus binis per singulos dies iunget alias duas singulis septimanis addendas. Qui præterea voce sua institutioneque vti volunt, iis liberam dabit electionem, vtrum in iure naturae & gentium, an in iure germanico, eae iuris nostri parte, quae de criminibus praecipit, a se erudiri malint. Neque deerit iis, qui in disputationibus domesticis, aut colloquiis examinibusque, aut exercitiis practicis cuiuscunque generis instituendis qualemcunque suam operam desiderabunt, modo tempestive nomina sua profiteantur.

JOHANNES MATTHIAS MARTINI, LL. D. & P. P. O.
Officio clementissime demandato satisfacturus, scholas aperiet denuo iuridicas, absolvens D. v. per proximum semestre

- 1) hora 7-8 uniuersi iuris historiam, quam edidit Ill. de Seichow sub rubro *Geschichte der in Deutschland geltenden einheimischen und fremden Rechte.*
- 2) hora 8-9 ius criminale scriptum a Cel. Kochio.
- 3) hora 9-10 ius patrium, quod iuxta propria sua praecepta docebit.
- 4) hora 11-12 institutiones ad filum libri Heinecciani.
Faveat Deus conatibus.

GVILIELMVS AVGVSTVS RVDLOFF, D. & P. P. O.
volente Deo PVBLICE hora VII. matutina docebit *rem iudicariam imperii & processum summorum imperii tribunalium* ad ill. *PÜTTERI epitomen*; PRIVATIM hora IX. commentabitur
in

in *principia iuris canonici* ill. G. L. BÖHMERI, hora XI. tradet
ius publicum imperii R. G. duädu PÜTTERI in kurzen Begriff
des teutschen Staats-Rechts, hora II. p. m. recitabit ad ill. BÖH-
MERI *Princip. iuris feud.* edit. nouiss., hora III. exponet *histori-*
am imperii R. G. ad ill. PÜTTERI *Grundriß der Staats-Ver-*
änderungen des teutschen Reichs.

MEDICORVM.

GEORG. CHRISTOPH. DETHARDING, Med. D. & P. P. O.
SERENISS. DUC. REGNANT. Consil. Aul. proxima æstate
methodum sanitatem ad Senium usque conservandi, & labefacta-
tam pro posse restituendi, ex Diæta petendam, publicis tradet præ-
lectionibus, ita, ut & non Medici habeant, quod in rem suam
convertere possint. Privatim docebit sic dictam Materiam Me-
dicam, & præsertim ex insigni remediorum farragine, circa vi-
res selectorum, quas experientia fida suppeditavit, occupatus
erit. Et si fortassis alias artis salutis institutiones desiderave-
rint Philiatrî, hisce prolixo gratificabitur anjmo.

D. AUGUSTUS SCHALB SCHMIDT, *Anat. & Chirurgi-*
gia P. P. O. Lectiones suas Chirurgico-Præcticas ad finem per-
ducet. Privatim Plantis officinales in hortis & pratis demon-
strabit, harumque usum diligentius exponet. Neque in Elemen-
tis Artis obstetricæ suavissimis Commilitonibus suam operam
denegabit. Horæ in valvis indicabuntur.

PHILOSOPHORVM.

ANGEL. IO. DAN. AEPINVS, Phil. D. & P. P. O. SEREN.
DVCI REGN. a Consiliis Aul. ob negotia clementissime sibi
demandata absens, hoc semestri laboribus academicis vacare ad-
huc impeditur, ad quos tamen, finitis iisdem, redibit.

M. WENCESLAUS JOANNES GUSTAVUS KARSTEN, Math. P. P. O. hora VIII - IX prima Arithmetica & Geometria Elementa docebit, commentaturus in Partem I. *seines Lehrbegriffs der gesamten Mathematick*. Hora praterea II-III. explicabit ejusdem libri Partem II, in qua praemisissis calculi litteralis praecipuis cum theoria aequationum simplicium & quadraticarum, utraque Trigonometria, plana & sphaerica, cum ejus adplicatione in Geometria plana & solida fusius est exposita, ac in libris elementaribus vulgo fieri solet. Insuper hora III-IV. lectiones aperiet Matheseos Adplicatae Cursorias secundum Ill. Kæstneri *Anfangsgruende der angewandten Mathematick*. In usum vero profectorum, qui intimiora Matheseos Adplicatae penetralia lustrare cupiunt, hora IX-X. Staticam & Hydrostaticam cum Aerostatica, hora vero XI-XII Mechanicam corporum solidorum docebit secundum praecipua exposita in Parte III & IV *seines Lehrbegriffs der gesamten Mathematick*.

EOB. TOZIVS, Hist. P. P. O.

Hora Xma Historiam praecipuorum Europae Regnorum & Rerum publicarum tradet, praeunte Ill. ACHENWALLIO in Libro: *Geschichte der vornehmsten Europäischen Staaten im Grundrisse*.

Alia hora e tabula publica indicanda res memorabiles in Europa hoc Saeculo bello paceque gestas enarrabit & illustrabit ad filium Jobelli HAVSENIANI, qui inscribitur *Versuch einer pragmatischen Geschichte des 18ten Jahrhunderts*.

OLAUS GERHARDUS TYCHSEN, Phil. D. & LL. OO.
P. P. O. b. c. D.

- h. IX. Fundamentale ebraea praeunte Danzio,
- h. X. Lectiones cursorias in Veteris, &
- h. XI. in Noui Foederis libros instituet.
- h. III, tribus prioribus hebdomados diebus vel dialectum Rabbanicam vel ebraeo mixtam, vel Syrochaldaicam; tribus autem posterioribus diebus arabicam Volentes docebit.
- h. IV, Antiquitates ebraicas duce Ikenio tradet.

IO.

IO. NICOL. TETENS, *Phys. Pr. P. O.* per semestre aesti-
uum, Deo annuente, docebit:

I.) *Logicam*, librum b. *Reimari*, sub Tit. *Vernunftlehre* ex-
plicaturus;

II.) *Metaphysicam*, cuius breuem aliquam delineationem Au-
ditoribus suis ad memoriam dictabit, cum typis eam expri-
mendam curare hucusque nondum licuerit.

III.) *Physicam*, sequuturus *ill. Segneri Einleitung &c.*

Hora Logicis Praelectionibus destinata est *Vllma*; reliquas
in tabula publica tempore suo indicabit.

Paratissimus quoque ad alias operas studiosae iuuentuti di-
candas. Si aut qui sint, qui *Logices* desiderent *usum* aliquem,
optimum certe rerum magistrum, eumque ad regulas exacte ac-
commodatum, quique in hisce exercitationibus sua velint vti
manuductione: aut si quis *omnem Philosophiae Theoreticae cam-
pum* vna ferie perlustrare cupiat: aut *Historiam Naturalem* sibi
enarrari quis velit. Quos quidem labores sub acquisissimis offert
conditionibus, discendi ardorem maximam sibi mercedem existi-
maturus.

S. S. WITTE, J. N. & G. P. P. O. proxima aestate, hora
VIII-IX. *Jus Naturae*, praeunte *Darjesio* in *Institutionibus Ju-
risprudentiae vniuersalis*, docebit.

Hora X-XI. *Theoriam Juris Socialis*, a se ipso exaratam,
vberioribus illustrationibus commentabitur.

Ethicam quoque tradet, qualem illam *Hollmannus* in libro,
qui, *Philosophiae moralis, sive Ethices primae lineae* inscribitur,
exposuit, quique *Gotingae* anno praeterito in lucem prodit.

Nec deerit illis, qui *Juris Gentium* disciplinam, ex instituto
addiscere forsân vellent.

DOCTORVM PRIVATORVM PRAELECTIONES IVRIDICAE.

D. NICOL. GEORG. BERNH. De LOEWENSTERN,
praeterquam, quod *historiam iuris & magistratus Rom.* occasio-
ne

ne Titul. Dig. eo spectantium proxime antecedenti semestri coe-
ptam ad finem perducere operam nauabit, nouas easque tum
publicas tum *priuatas* inchoabit praelectiones. *Publice* quidem
in iuris domestici studioforum gratiam *Principia iuris cambialis*
ex libello generos. *De SELCHOW* s. t. Grundsätze des Wechsels
rechts recitabit. *Priuatim* autem elementa *iuris Germanici pri-
uati*, cum *allodialis* praelucente Viro Illustri *De SELCHOW* in
Elementor. Juris Germ. III. Edit. tum *feodalis*, ex formula Princi-
piorum iuris feudalis ab Illustri *G. L. BOEHMERO* 2 Vice editor.
dabit. Etenim doctrinam de feodis Imperii separata luce illustra-
re intendit. Denique si qui sunt, qui illum in perlustrandis *prae-
ceptis criminalibus* sequi cupiunt, neque illis deerit in Illustri
MEISTERI principia Jur. Crim. commentaturus. Ad horas sin-
gulis laboribus praefigendas quod attinet, illas e tabula publica
renunciabit.

PHILOSOPHICAE.

J. G. CREMER, L. O. Lector quae sibi clementissime de-
mandatae sunt partes per instans semestre impleturus, Commi-
litionibus generosissimis nobilissimisque ad linguae Gallicae, Itali-
cae & Anglicae principia indolemque & genium addiscenda ma-
nuduccionem suamque offert operam, studiumque ex fide adhi-
bendum omne promittit polliceturque.

Qui corpus quoque variis artibus, inprimis *salsatione*, aut
armis vibrandis exercere volunt, habent magistros harum arti-
um peritissimos.

P. P. *Bitzowii* circa Festum Paschatos clo 1o cc Lxviii.



